vsqz ad dñam totius que est dñia vltima. r specifica. vti lis est g via diuisiua ad oia ista. ppter qd pbs supra cū de terminant de vtilitate huius artis. vt cū dixit diuisiōes fm dñas esse vtilis de omnibus his tribus est executus. ¶ Uterius dubitaret forte aliqs. qz vt falsum esse docu mentū a pbo datū de ordine partiu diffonū. vs. q. pus dz accipi id qd pdicat de oibus alyz vel vt hz alia trāslatio quod assequit sine qd cōsequit oia alia. r postea aliud qd est ens ad oia reliqua. r sic deinceps. nam pōt contingere qd aliqua posita in diffinitione sic se habeant q neutrum erit psequens ad aliud. qz possunt se habere sicut excedē tia r excessa. naz nō valet. impar g primus. nec valet. pri mus ergo impar. vt patuit i diffinitioe trinitatis. ¶ Ddz qz vt supra diximus pbs dedit duplicē artem diffiniēdi. vnam que est bona simpliciter. vt quando gradatim de scenditur diuidendo genus per differentias imediatas. r postea alterū diuidentiu per imediatas vsqz ad differē tiam specificā r in colligēdo sic diffinitionem nulla erūt ibique se habeant vt excedentia r excessa. immo gradati m se habeant partes diffinitionis. quia primum diuisum erit cōmuniuz oibus. 2^o diuisum erit cōius reliquis. r sic deinceps. r fm hūc modū loquitur hic pbs. argumētū aut arguebat alia via. que nō est bona simplr. sed in cāu. qñ. i. ignorat dñia. ppra qz pnt accipi loco dñe pprie ali qua plura quoqz qdlibet se hz in plus r totuz in eque. vt si scimus qd trinitas est in genere numeri. r nescim? dñam pprā que simul cum numero pstituat trinitatem accipi mus hec duo loco dñe ppe. vs. ipar. r vtroubiqz pmū quo rum qdlibet est in plus qz trinitas. r ambo simul iuncta coequantur trinitati. ¶ Deinde cum dicit.

Manifestuz. n. ē: qm neqz plus apponit. oia enī q sunt i eo qd qd ē accipiunt hoz neqz dñi cit nihil. aut. n. gen? aut dñia vtiqz eēt: gen? qd ē igit r primū r cuz dñis p^o acceptū ē: dñe enī oēs pntent. nō. n. ampli? sunt vltia. spē. n. differret vltimus. hoc at est bēm non differre.

¶ Quidit hys artē ee sufficientez qz nihil cōtinet superfluum neqz min? id est q. (Manifestū est. n. qm neqz plus apponit) vel vt hnt aliq textus. q. (nunqz plus apponit). i. nihil accipit ibi superfluum cuius est cā qz oia enī hoz). i. de numero hoz sic acceptoz (accipiunt) vt vt hz alia lra sunt accepta (in eo qd qd) patet ergo per primū documē tum qd debet accipi predicatia in eo qd qd. qz nihil tale ē superfluum. ideo ex hoc habetur qd ars data docet accipe re nihil superfluum. r subdit (nec deficit nihil). i. ars da ta nō solū est supflua. sed etiā non est defectiua. r subdit. q. (aut gen? n. aut dñia eēt) r si partes datā accipet diffi? defectiua vel esset genus quod ibi deficeret vel dñia r subdit. q. (genus igitur primū cuz differētuz acceptis est pus). q. d. q. p 2^m documētū pz qd debet oia accipi ordina te vt qd pus dz accipi genus cū pōribus differētuz ppter tale documētuz nō pōt ibi deficere genus cum illud sit primuz qd accipit. si. n. hoc nō esset acceptū nihil esset ac ceptū. r subdit. q. (dñe aut pntent oēs). i. nō pōt ibi de ficere aliqua dñia. cuius rō est. qz (nō. n. vltima sunt am plius) su. (spē) diuisibilia. q. d. q. p tertiu documētū pz qd sp dz fieri diuisio p dñas imediatas quotsqz deueniat ad dñam vltimā. istud tertiu documētū facit vt nihil re linquat. qz vltra vltimā dñiaz nō ē vltior pccus p dif ferentias eēntiales. r id est q. (vltima ampli? nō sūt spē) su. diuisibilia. r subdit q. (differt aut vltimum). i. differt vltimus vt hz alia trāslatio (hoc aut dñm est prius non differre). q. d. q. si vltima dñia posset diuidi p dñas spē

difficilis. tunc h^o d^oria ultima differret sp^e a diffinitio. i. reperiretur in aliquo qd non esset in eade specie cum diffinitio qd negatiu est supra. ¶ Notandum aut qd non debent poni in diffone nisi d^orie essentielles. z qz vltra d^oriam specificam non est diuisio per d^orias eⁿtiales ars illa que docet colligere d^orias vsqz ad d^oriam specificam docet colligere oes d^orias z nullam relinquit. ars g^o data p^o primu documetu nihil accipit superfluu. qz oia q^o accipit sunt essentialia z in eo qd qd. per scdm documetu non potest deficere in acceptatione generis. per tertiu aut documetu non deficit in accipiendo differentias. est ergo ars sufficiens nihil p^otinens superfluum neqz minus.



Aerere antez oz z intendente in similia in d^oria. primu qdes oia idez babeat. postea itez in alteris. q^o in eode qdes g^one sunt cuz illis. Sic aute ipsi qde idē sp^e illoz aute alteri. cum ait in his accipiant: qd oia idem z in alijs s^ol^o. In acceptis itez s^ol^o intendenduz est. si idez sit quousqz in vnaz veniat rōnez. hec. n. erit diffinitio. si vero non vadit in vnā: s^oz i duas vel in plures manifestuz est qd non utiqz vnum aliq^o quod queritur: sed plura.

¶ Postq^o p^ohs dedit artem diffiniendi que magis cōpetit ipsis subiectis vel ipsis substantijs cuiusmodi est diffinitio constans ex genere z differentijs. In parte ista docet accipere diffones magis cōpetente ipsis passionibus que non sufficit qd fiat p^ogenus z d^orias. s^oz oz qd fiat p^o cam quā h^oz in subo. vel oz qd fiat p^o ipm subm. cū g^o volum^o diffinire aliquā passionē debem^o videre ea in qb^o h^oz eē illa passio quō pueniant z quō differant z ex puenientijs z differentijs poterimus formare vnā rōnez passionis quesite: dum tamen quesita passio habeat rōnem vnaz. imo hec methodus z hec ars docebit nos cognoscere vtrum passio diffiniēda hēat rōez vnā. z q^o sit illa vna rō. Tria g^o facit. q^o p^o dat h^oz artē. z qd dixerat declarat p^o exēpluz. z^o artem datā ostēdit esse bonā z pueniētez. z^o ibi (Ut dico si querat) z^o ibi (Semp. n. est oēs.) Dicit g^o q^o (q^o rere at) i. querentē su. diffōne passionis (oz intendente) i. esse z in silia z in d^oria. primuz qdem q^o vnum qdem oia hnt. postea itez oz intendere in alijs que sunt in eode genere subycibile cū illis) z subdit. (sunt at ipsis) i. subypsis (qdem idem sp^e. illoz aut) i. ab illis (alteri) i. sunt diuisi si sp^e. z subdit (cū aut) su. sic factū est (in his accipiat qd oia habent idem z in alijs s^ol^o) su. querēdu est qd oia habent idem. Et subdit q^o (in acceptis) sup. vtriusqz tam in istis q^o in illis (s^ol^o est iterū intendendū si idem sunt) oia (quousqz utiqz veniant in vnaz rōnem) z subdit q^o (hec enim) vna rō (erit diffō) su. passionis q^osite. Et subdit q^o (si vero non vadit in vnā. s^oz in duas aut in plures) rōnes (manifestū est vtriusqz qd querit) diffiniendum (non est vnum aliqd) i. aliqua vna passio (s^oz plura) i. sed plures passiones. quo aut sit itelligendū hec ars siue hec methodus data statim patebit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **A**t dico si qd est magnanimitas q^orim^o: itendenduz est in quosdā magnanimos quos scimus qd hnt vnuz oēs in quā h^oz sunt vt alcibiades magnanim^o: aut achilles: aut ayax. qd vnū oēs non tolerare iniuriā. hic qdē. n. dimicauit. ille non insaniuit. hic aut interfecit seipsum.

¶ **D**ecarat artē datā per exempla. Propter hoc scienduz artem datā in hoc consistere qd si volum^o diffinire aliquā passionē. vputa si volumus diffinire magnanimitatē debemus intēdere in aliq^o silia z in aliq^o d^oria. qz aliqui sunt vno silii mō magnanimi. aliq^o vero alio mō z differēti. vt puta alcibiades. achilles. z ayax fuerunt magnanimi. qz non potuerūt tolerare iniurias. Lysander z Socrates fuerunt magnanimi. qz non curauerūt de fortunis z de infortunijs. ad diffiniēdu g^o hanc passionē debemus videre qd oia. i. quid oēs bi. vs. alcibiades z achilles z ayax habent idem z itez in alijs. vt in Socrate z in Lysandro qm^o sūt in eode genere subycibili cū illis. i. qz sūt subiecti magnanimitati sicut z illi. debem^o g^o videre z i istis alijs qui hnt idē. naz p^omi hnt qz non sufferūt. scōi hnt q^o non curant. non sufferre aut z oia patiēter sufferre vident oino opposita. primi g^o sunt qdem sibypsis idē sp^e. qz cuilibet cōpetit non sufferre sed illoz aut. i. ab illis alijs sunt alteri. i. sunt multum diuersi cuz primis cōpetat nihil sufferre. alij sic sūt magnanimi q^o oia sufferunt z nihil curant. cum autē sic factū est. z in his qd accipiant quid habent idē z in alijs vt in socrate z lysandro s^ol^o acceptū est qd habent idem. tunc in acceptis. i. in oibus tam in istis q^o in illis. s^ol^o itez intendendū est z si sunt idē z si tā isti q^o illi hnt vnum ali quid z ex oibus possumus in vnā rōnem venire tunc illa vna rō erit diffinitio magnanimitatis z magnanimitas erit vna passio. i. vnus sp^e. q^o si non p^otingit oia reduci in vnā rōnez: tūc magnanimitas vel quousqz alia passio q^o querit diffiniēda non est vnum aliqd nec est vna passio. non est vni^o sp^e. hec est g^o ars data ad diffiniēdu quācuqz passionē. hāc g^o artē sic declarat p^o exēpla. qz p^o exēplificat de quibsdā magnanimis q^o non potuerūt sufferre iniurias. scōo exēplificat d^o quibsdā alijs magnanimis. q^o oia sufferrebant z de nullo curabāt. z docet quō ex his debeat accipi rō passionis q^osite ibi (Silt aut z in alijs) dicit g^o (vt dico) i. expono me (si q^orat) vel (si q^oramus qd est magnanimitas intēdēdu in quosdā magnanimos quos scim^o) esse magnanimos intēdendū. i. (inq^ostū sunt hnt) i. in q^o tū sūt magnanimi (qd vnū hnt oēs vt alcibiades magnanimus. vt achilles z ayax. oēs qdē) hnt sup. (hoc vnu non tolerare iniuriā. hic. n.) i. alcibiades ppter iniuriā quam nolebat sufferre (dimicauit) i. bellauit vel p^oliatus est (ille vero) i. achilles (insaniuit) i. tantā habuit indignationē de iniuria illata q^o vltus est in insanā (hic aut) i. ayax (interfecit seipm) non valēs. n. se vindicare de iniuria illata iniuriatus noluit vltari^o viuere. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ **S**ilt in alijs vt lysandro z socrate si tā indifferentes p^ospitati z iprospitati. hec duo accipientes intēdo qd idez hnt. aut ipassibilitas q^o est circa fortunas. aut itolerātia iniuriāz. Si non nullū sit due spēs utiqz erit magnanimitatis.

¶ **E**xemplificat de alijs. d. (Silt at z in alteris) vel (itez n. z in alijs) su. itēdendū ē (vt i lysandro z i socrate. si tā indifferentes p^ospitati z iprospitati) i. q^o oia sufferrebant de nullo curabant. indifferentes se habebant ad fortuna z infortunia: p^ospitates z improspitate. hoc facto: dat artē accipiendi diffōnem passionis. d. q^o (hec duo accipientes intendendū est quid idem habent aut ipassibilitas aut non tolerantia siue intolerantia iniuriāz) itēdenduz est vtruz hec duo conueniant in aliqua vna rōne q^o si sic magnanimitas erit vnuz aliqd z illa vna rō erit diffinitio eius q^o si nihil est vnū tale magnanimitas non est vnū aliqd. iō subdit q^o (si vero nullū sit) i. nulla sit vna ratio in qua conueniant p^odicata duo (due utiqz erunt spēs ma

magnanimitatis. ¶ Dubitaret forte aliq̄s de supiorz litte-
 ra. quō possit attingere q̄ vna ⁊ eadē passio sit in aliquibus
 que sunt eiusdem generis ⁊ sint ad se inuicem alteri sp̄i.
 ¶ Dōm. q̄ si acciperet subm passioni fm q̄ illi passioni
 subicit. semp vni passioni respōderet vnum subz. sed qz
 aliq̄n accipit subm passionis. nō fm oīno debitam rōnē.
 sō attingit q̄ eiusdē passionis accipiat alterū ⁊ altez sub
 iectū. vt magnanimitatis accipiet subz. nō tolerans qdē
 q̄tum ad eos q̄ nō potuerūt sufferre iniurias. tolerans at
 q̄tum ad eos q̄ oīa equo aīo tolerabāt. tolerans aut ⁊ nō
 tolerans possunt eē in eodē genere. s̄z nō possunt eē in ea-
 dem sp̄i. nō tolerantes igit̄ sunt sibiipsis idē sp̄i. s̄z illoz
 .i. ab illis qui tolerauerūt sunt alteri sp̄i. nō enīz hic loqui
 mur de sp̄i subaz fm se. nam tam tolerātes q̄z nō tolerā
 tes fuerūt hoīes. oēs. n. fuerūt eiusdē sp̄i. sed hic loquimur
 de sp̄i suboz in ordine ad magnanimitatē vel ad q̄cūq̄
 aliā passionē. nam alcibiades achilles ⁊ ayax habuerunt
 ordinē ad hanc passionē que est magnanimitas p̄ intole-
 rantia. ¶ Lyfander ⁊ socrates p̄ tolerantia. tolerantia autē
 ⁊ intolerantia nō sunt eiusdē sp̄i s̄z possunt eē eiusdē ge-
 neris. hoc ḡ mō eadē passio pōt cōpetere his q̄ sunt idem
 genere ⁊ alteri sp̄i. qz nō oīno p̄prie ⁊ directe acciperet il-
 lud fm qd̄ inest talis passio. s̄z si acciperet oīno p̄prie ⁊
 directe semp eiusdē passionis esset eadē rō. ¶ Ulterius
 forte dubitaret aliq̄s. vtrū tolerantia ⁊ intolerantia possint
 puenire in aliq̄ vna rōe. ¶ Dōz q̄ ex eadē rōne ⁊ ex ea-
 dem cā pōt attingere q̄ aliq̄s nō possit tolerare. ⁊ q̄ aliq̄s
 possit oīa tolerare. pōt enīz vtrūq̄z eoz attingere ex eadez
 cā. qz iudicat se dignū magis. q̄ enim iudicat se dignū ma-
 gis cū despiciat nimis indignat. iō nō pōt iniurias tolera-
 re. sed posset se aliquis adeo iudicare dignū magis q̄ to-
 tum honozē mūdi nihil reputaret. p̄pter qd̄ dñs esset q̄
 si totū pderet de nullo curaret. ex eadē ḡ cā pōt attingere
 q̄ aliq̄s nihil toleret ⁊ q̄ aliq̄s de nullo curet. ¶ Aduertē
 dum tñ q̄ s̄z ex eadē rōne ⁊ eadē cā possit attingere hoc ⁊
 illud. tñ q̄ sunt sic ⁊ sic magnanimi nō sunt eodē mō nec
 pari mō magnanimi. est aut magnanimitas hec ⁊ illa ea-
 dem sp̄i s̄z nō eqliiter participata a suis subis. naz multoz
 magis fuit magnanimus socrates q̄ de nullo curauit q̄
 achilles qui versus ē in insania nō valēs se vindicare. ille
 est. n. oīno magnanim⁹ q̄ nullū bonū exteri⁹ aliqd̄ appre-
 ciat. totū enīz gaudiū magnanimi ē de v̄tute ⁊ de iteriori
 bono. ⁊ iō equo aīo tolerat fortunā ⁊ infortunā. pp̄ qd̄ p̄z
 ponit in nō curare de exteri⁹ bono. fm. n. hāc fidē p̄fe-
 cit sum⁹. cū oīa abyiciam⁹. est ḡars p̄bi bona. qz statim oc-
 currūt nobis d̄ria respectu alicui⁹ passiois. ⁊ et aliq̄ silia
 respectu eiusdē passionis. v̄puta. aliquib⁹ competit aliq̄
 passio. q̄ oēs h̄nt tale qd̄. v̄puta nō tolerare. aliquibus autē
 alijs cōpetit alia passio q̄ oēs h̄nt aliud qd̄. v̄puta. tolera-
 re. ⁊ qz habētes vnā ⁊ eadē passionē alij inter se ueniūt.
 ⁊ ab alijs differunt. ex h̄z ueniētys ⁊ differētys manife-
 stus apparet vtrū sit reducere oīa talia in vnā rōnem.
 qd̄ si sic illa erit diffō illius passionis. vt si tolerare ⁊ non
 tolerare reducunt̄ in hāc vnā rōnem reputare se dignūz
 magis. hec erit diffō magnanimitatis. vt qd̄ est esse ma-
 gnanimū reputare se magis dignūz. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Semp enī est omnis diffinitio v̄lis. non. n.

in quodā oculo dicit sanabile medic⁹. s̄z aut in

omni. aut in sp̄i determinans.

¶ Dicit h̄z artē datā eā bonā ⁊ uenientē. aliqd̄ aut ē bo-

nū ⁊ cōueniēs q̄tum ad p̄ns spectat triplr. v̄z. per cōpara-

tionē ad p̄positū. ad oppositū. ⁊ ad nos. p̄ cōparationē ad

p̄positū illa ars d̄r uenientior per quaz habetur melius

cognitio de re intenta. p̄ cōparationē ad oppositū illa ē
 cōuenientior p̄ quā magis vitat̄ oppositū. v̄z. error ⁊ de-
 ceptio circa h̄z cognitionē. per cōparationē autē ad nos
 illa ars est uenientior q̄ tradita est fm modū nobis ma-
 gis p̄portionatū. tria ḡ facit fm q̄ hic triplici mō ostēdit
 hāc artē eē uenientē. ⁊ ibi. (Facili⁹ qdē est singulare) ⁊
 ibi. (Sicut in demōstrationē). Dicit ḡ q̄ (sp. n. oīs diffō ē
 v̄lis). i. est rei v̄lis. cuius rō est. (qz nō. n. in quodāz oculo
 medicus dicit). i. diffinit (sanabile. s̄z aut in oī). i. aut dif-
 finit sanabile v̄l (aut sp̄i determinās). i. aut distinguit sa-
 nabile per determinatas ⁊ diuersas sp̄es. ¶ Dubitaret for-
 te aliq̄s quō ex hoc ostēdat̄ ars data eē ueniens. qz per
 eam magis habeat̄ p̄positū siue intentū. ¶ Dōm. q̄ par-
 ticulariū nō est scia neqz diffō. diffō ergo est rei v̄lis. ⁊ nō
 v̄lis cuiuslibet. s̄z sp̄i magis q̄ generis medic⁹ ḡ nō diffi-
 niet hoc sanū vel sanū in hoc oculo. s̄z vel diffiniēt sanūz
 vniuersaliter. vel determinabit. i. distinguet sanum per di-
 uersas sp̄es. nam si sanum est in oibus eiusdem sp̄i. tūc
 diffiniēt sanū generaliter. si aut nō est eiusdem sp̄i disti-
 guet sanum p̄ diuersas sp̄es. ⁊ cuiuslibet speciei suam dif-
 finitionem assignabit. illa est ḡ optima ars diffinitua ⁊
 per illaz habet̄ optime intētū. qm̄ hec duo facit. v̄z. q̄ aut
 diffinit rem v̄l si est eiusdē sp̄i. aut si non est eiusdē sp̄i
 distinguit ipsaz in diuersas sp̄es. ⁊ cuius rōnē suā assignat.
 ad hoc tendit ars data in exemplo posito de magnanimi-
 tate. vt si cōsideret magnanimitas in alcibiade achille ⁊
 ayace appebit q̄ illi fuerūt magnanimi. qz nō potuerūt
 iniurias tolerare. In lyfandro autē ⁊ socrate fuit magna-
 nimitatis p̄ impassibiles eē a fortunys ⁊ s̄ fortunys. si ergo
 hec duo impassibilitas ⁊ intolerantia reducunt̄ i vnā rōnem:
 magnanimitas erit eiusdē sp̄i. ⁊ illa vnā rō erit diffō ei⁹
 si aut nō reducunt̄ i rōnē vnā magnanimitas erit diuer-
 saz sp̄ez. ⁊ vnus sp̄i magnanimitatis diffō erit intole-
 rantia iniuriar. alteri⁹ aut sp̄i diffō erit impassibilitas ab
 aduersis ⁊ p̄spis. ars ḡ data optima est ad habedū p̄posi-
 tum. qz p̄ eā qd̄ h̄z v̄l diffiniri v̄l diffiniri. qd̄ aut d̄z disti-
 gui in diuersas sp̄es ⁊ h̄re rōnes plures in diuersas sp̄es
 distinguit ⁊ plures rōnes h̄z. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Facilius qdēz est singulare diffinire q̄ v̄le.
 v̄nde oīz ex singularibus in vniuersale ascēde-
 re. ⁊ nāqz equiuocatiōes latent magis in vni-
 uersalibus q̄z in differentibus.

¶ Dicit h̄z artē datā eē uenientē. qz p̄ eaz magis vitat̄
 oppositū. v̄z. error ⁊ deceptio. iō ait q̄ (facilius qdem est
 diffinire singulare). i. diffinire rē per cōsiderationē quam
 habemus in singularibus (q̄z v̄le). i. q̄ diffinire rē per cō-
 siderationē quā hēmus in v̄libus (v̄nde) qz ita ē (opz ex
 singularibus) vel (a singularib⁹). i. ex cōsideratiōe quam
 hēmus in singularib⁹ (ascēdere i v̄lia) ad cōsiderationēz
 vniuersalē. ⁊ subdit. q̄ (⁊ nāqz equiuocatiōes magis latent
 in v̄libus q̄z in differentib⁹). i. q̄z in singularib⁹ q̄ nō diffe-
 runt p̄ d̄rias specificas. ¶ Notandū aut q̄ equuocatio est
 multū cauēda in diffōnibus. nā equocū fm q̄ huius non
 diffiniēt. qz equoca nō h̄nt rē vnā. iō licet habeāt nomen
 cōe. rō tñ substantie est diuersa. nō ergo diffiniēt. canis s̄z
 q̄ est equocū ad p̄scē ⁊ ad latrabile. sed s̄z q̄ canis ē vni-
 uocū ad oīa latrabilia hēbit diffōnē vnā. vt est vniuocūz
 ad oēs passiones q̄ dicunt̄ canes habebit diffōnem aliā.
 nunq̄ ergo diffiniēt equocū. sed s̄z vniuocū. ars ḡ data est
 valde ueniens. qz p̄ eaz vitat̄ equuocatio per quā accidit
 error ⁊ deceptio circa diffōnes. ¶ Dubitaret forte aliq̄s
 quomodo per artē datā vitat̄ equuocatio. Dōm q̄ q̄ cō-
 sideraret sanū v̄l forte crederet oē sanū eē eiusdē sp̄i. ⁊
 ex hoc posset credere q̄ sanū eēt eiusdē rōnis cū sit altez

cap. 15.

rius et alterius rationis. si si considerat sanum in huiusmodi hac complexione. et videat quod sanitas in tali complexione est equatio humorum. si hac ratione siue si hac proportionem si postea consideratur sanum in alijs individuis huiusmodi alia complexione videbitur quod sanitas in illa alia complexione sit equatio humorum si aliam rationem. sic ergo ex particularibus ascendere in vltima facile erit cognoscere equocationem. quod non latebit nos diuersitas rationum. Et quod ars data docet sic ascendere ex consideratione particularium in vltima. id est ueniens est ad vitandum oppositum. id est ad vitandum deceptores et errores. quod per tale arte statim appetit ubi est equocatio per quam accidit error et deceptio in diffinitionibus. Est autem diligenter advertendum quod huiusmodi de equocatione loquitur large si quod vera vniuocatio est solum in specie spaliissima. in vltimo autem. id est in generalibus non est vera vniuocatio. si quod quodammodo est ibi equocatio. eo quod genus non est vna forma et ratio siue diffinitionis rei potissime in forma sumitur. et quod illud quod est de primo et immediate respicit particularia est ipsa species spaliissima. ubi est via et summa vniuocatio et cui potissime appetit diffinitio. id est ex consideratione particularium est optimum diffinire res. quod ex tali consideratione facili deuenimus in cognitionem speciei cui competit ratio vna. et ubi nulla est equocatio. Deinde cum dicit.

Sicut in demonstrationibus oportet sillogizare esse sic et in terminis certum est. hoc aliter erit si per ea que singularem dicuntur sit in vnoquoque genere diffinire separatim.

Quid sit huiusmodi arte ex parte nostra esse ueniens. Circa quod tria facit. quod primo facit quod dicitur est. et quod dixerat declarat per exemplum. et quoddam quod supposuerat probat. et ubi (Ut simile) et ubi (Si autem nec disputare) dicitur quod (sicut in demonstrationibus oportet sillogizare) sit. certum. id est fieri per aliquid certum (sic est in terminis). id est in diffinitionibus (certum). id est per aliquid certum oportet diffinire. et subdit quod (hoc autem erit si per ea que dicuntur singularem in vnoquoque genere sit). id est contingat (diffinire separatim) id est vltimo. Dubitaret forte aliquis quomodo est sile de diffinitionibus et de demonstrationibus quod oportet hic et ibi procedere per aliquid certum. Sed quod nihil est certum secundum speculationem nisi quod est reductum ad sensum. nam si certum sumus de principiis hoc est quod seimus ea reducere in principia. si autem certum sumus de principijs hoc est vltima sensus memorie et experientie. tota ergo certitudo demonstrationum est per reductionem ad sensum. sic et in diffinitionibus oportet quod certitudo nostra oriatur ex sensu. sed autem non poterit esse nisi per ea que consideramus particulariter. quod non contingit sentire nisi particularia. ergo potissime procedemus in diffinitionibus per aliquid certum: quoniam per ea que videmus sensibili in hoc particulari et in illo accipimus et conflamus rationem vnam per quam diffinimus speciem et vltimo quod consideramus separatim propter hoc particulare et preter illud. est ergo ars data valde ueniens ex parte nostra. quod procedit per proportionata nobis cum procedat per sensibilia et cognitio nostra a sensu incipiat. et cum certitudo cognitionis nostre ex his que sunt in sensu sumatur. Utrum autem cognitio sensitiua sit certior omni cognitione et quomodo se habeat ad cognitionem principiorum dicitur in capitulo illo. de principijs at quomodo Deinde cum dicit.

Ut simile non omne: si in coloribus et figuris et acutum quod est in voce. et sic in corde ire timentem: ne equuocatio contingat.

Declarat quod dixerat per exemplum. d. (Ut simile). id est si aliquid vellet diffinire quod est simile (non omne). id est non considerabit vltimum omne simile (sed in coloribus). id est si considerabit simile particulariter in hoc colore et in illo (et figuris). id est considerabit simile particulari in figuris ut in hac figura et in illa (et acutum). id est si vellet diffinire acutum (quod est in voce). id est sed non consideraret acutum generaliter. si quod est in voce

. id est si consideraret acutum quod est in hac voce et in illa (et sic) si. oporteret eum (ire in corde). id est ex particularibus ire in vltimo (timentem ne equuocatio contingat). Notandum autem quod sile de equo in coloribus et in figuris. nam sile in coloribus est ex identitate coloris. ut duo alba dicuntur sile in colore. quod huiusmodi eundem coloris. sile autem in figuris est ex equalitate angulorum et ex proportionabilitate laterum. ut duo trianguli sunt similes si habeant equales angulos et latera equos angulos et in etia sunt proportionabilia. ergo si considerat simile vltimo de facili decipietur. quod forte crederet quod sile esset eiusdem rationis in omnibus. et ex hoc diffiniret sile per diffinitionem vnam. sed quoniam considerat sile in hoc colore. et in illo: et in hac figura et in illa statim apparet equuocatio. quod statim apparet quod sile non est secundum rationem vnam in coloribus et in figuris. et quod dictum est de simili intelligendum est de acuto. nam acutum de equo in voce et in humore. siue in sapore et in magnitudine nam acutum in voce est vox alta subtilis que multum penetrat auditum. acutum in humoribus est sapor fortis que multum pungit gustum. acutum in magnitudinibus est ferrum siue aliquid aliud acutum huiusmodi cuspidem ut cito proforet. si ergo consideraret acutum vltimo de deciperet per equocationem. sed si consideraret acutum in hac voce et in illa et in hoc humore et in illo statim appetit quod acutum non est eiusdem rationis hic et ibi. Deinde cum dicit.

Si aliter nec oportet disputare in metaphozis: neque quecumque dicuntur in metaphozis. disputare enim necesse erit in metaphozis.

Quoddam quod supposuerat probat. dixerat. n. quod debemur timentem ne contingat nobis equuocatio in diffinitionibus. quod probat quod metaphora est quedam equuocatio imo equuocatio est peior quam metaphora. si ergo debemur cauere in diffinitionibus locutionem metaphoricam multo magis debemus cauere equuocacionem. id est autem quod (si autem nec disputare in metaphozis). nec oportet diffinire sile in metaphozis. (neque quecumque dicuntur in metaphora) sile. sunt diffinienda et subdit. quod (disputare. n. necesse erit in metaphozis) sile. contingat diffinire per metaphoras. Notandum autem quod diffiones sunt principia sillogizandi et demonstrationum. et potissime disputationes fiunt per rationes et per sillogizandum. si ergo esset tolerabile diffinire aliquid metaphozice oportet nos tolerare quod disputarem metaphozice. Notandum est quod si hoc dicitur sit si se ad propositum. tamen forte philosophus in hoc dicto habuit oculum ad Platonem qui consueuerat diffinire res metaphozice. d. huiusmodi est platanum. id est arbor est vltima. nam in arbore rami procedunt sursum et rades sicut dorsus. id est huiusmodi at est rario. os quod huiusmodi quasi vltima radice. quod os sumitur alimendum in huiusmodi. sicut per radice in arbore. huiusmodi os quod est quasi radix in huiusmodi est sursum. brachia autem et crura que sunt quasi quedam rami. procedunt versus deorsum. Notandum est quod non est in metaphozis disputare. ridiculosum enim esset argumentum si quis diceret: quod hoc est arbor versa. arbor habet folia ergo hoc huiusmodi folia. Dubitaret forte aliquis. quomodo hoc dicitur deseruiat ad propositum. v. quod non debemus diffinire per metaphoras. id est debemur cauere in diffinitionibus de equocatione. Sed quod ut plurimum equuocaciones fiunt secundum metaphoras. quod fiunt secundum quedam trasumptionem. ut quod acutum in magnitudinibus cito penetrat ex hoc trasumptum est ad humores ut dicantur humores saporis acuti que multum pungit gustum. ex hoc autem vltimum trasumptum est nomen acuti ad voces. ut dicatur vox acuta que multum penetrat auditum. acutum ergo in bu moribus et in vocibus de secundum metaphora et secundum quedam trasumptionem. sic est et sile in coloribus est si vnitatem cuiusdam similitatis. ut secundum vnitatem coloris. ex hoc at trasumptum est nomen similitudinis ad figuras. ut dicantur figure siles que huiusmodi eandem qualitate. qualitas autem in figuris est ipsa dispositio figurarum. illi ergo trianguli huiusmodi eadem qualitate et per rationes siles que sunt eodem modo dispositi. sunt autem eodem modo dispositi tri-

guli vlt quecuqz alie figure si heat angulos eqles ⁊ latera ppozitionabilia. sile g̃ in colorib⁹ d̃r p̃prie. in figuris autē trāsumptine ⁊ metaphozice. qm̃ g̃ vlt plurimū equocatio nes fm̃ trāsumptionē quādas ⁊ metaphozā accipiunt: si non est fm̃ metaphozā diffinire nō est fm̃ equocū diffi nire. q̃ si volum⁹ equocū distinguere a metaphozico siue a trāsumptiuo dicem⁹ q̃ tūc est recte equocū qm̃ vnū no men imponit duob⁹ diuersis inter q̃ non attendit ppter impōnē huius nois aliq̃ ueniētia nec aliq̃ bitudo. ⁊ tūc equocū esset peius q̃ metaphozicū. ⁊ magis cauendū est a tali equoco in diffōnib⁹ q̃ a metaphozā. naz lō cauet a metaphozā in diffōnib⁹. qz metaphozā. nō certifficat nos de nā rei quā iducat diffō. vt p̃ sile qd̃ reperit in figuris nō certifficamur de fili qd̃ reperit in colorib⁹. cecus. n. posset doceri de fili qd̃ reperit in figuris. nihil tñ pp̃ hoc sciret d̃ fili qd̃ reperit i coloribus. si g̃ metaphozā cauēda ē a dif finitionib⁹. qz nō certifficat. multo magis pura equocatio cauēda ē: qz nullo mō certifficat. signāter g̃ p̃hs locutus ē supra. cū dixit q̃ p̃ aliqd̃ certū debem⁹ sillogizare ⁊ olf finire. itēdēs p̃ hoc q̃ metaphozē ⁊ equocationes sunt ca uēda a diffōnib⁹ ⁊ a silis siue a disputationib⁹. qz talia nos nō certifficat: p̃z g̃ quō sit ad ppositū hoc dicitur p̃hi. possum⁹. n. dicere q̃ arguit h̃ p̃hs p̃ locū a miori: qz equo catio. vel ē qd̃ā metaphozā ⁊ qd̃az trāsumptio. si supra sit equocatio p̃ qd̃ā silitudinē. vt p̃z d̃ acuto i magnitudie ⁊ in humore. vt equocatio ē peior q̃ metaphozā ⁊ q̃ tran sumptio si sit equocatio pura. minus g̃ vt q̃ i diffinitioni bus ⁊ ē i disputationib⁹ cauēda sit metaphozā q̃ equi uocatio que si sit pura est peior q̃ metaphozā sed cauē da ē i talib⁹ meta phozā. g̃ multo magis equocatio.

Habeam⁹ pposita eligere o3 decl siones ⁊ diuisiones. sic at eligere sub iectum genus cōe oium.

Postq̃ p̃hs dedit artē diffiniēdi passionē qz diffō passionis ē mediū in demfatione. iō postq̃ vena tus ē q̃ mō accipiēda sit diffō passionis. In pte ista venat q̃ mō accipiēdū sit mediū in demfatione. vñ h̃ qd̃ h̃ tra dit vñ ab eo qd̃ supius tradebat. nā aliud ē scire quo mō diffō se heat ad demfationē. ⁊ aliud ē dare artē diffiniēdi. ⁊ ondere q̃ mō diffō accipiēda sit. ⁊ aliud ē ondere q̃ mō mediū se heat ad demfationē. ⁊ declarare quo mō vtigit demfate p̃ singula g̃na cārū qd̃ fiebat in supiorib⁹. ⁊ aliud ē dare artē inueniēdi mediū ad demfandum qd̃ sit hic

Sciēdū g̃ q̃ venari ⁊ inuenire mediū in demfatione ē dupl̃. qz alr̃ accipit mediū in demfatione p̃ticulari. alr̃ i vñ. nā i demfatione p̃ticulari mediū ē ipm̃ subm. vt per triangulū demfat̃ hēre tres p̃ticular̃ de ysochele. s3 i dem fatione vñ mediū ē cā iberētie passiōis in subo. ad iue stigādū aut̃ hāc cāz ml̃tū valet scire p̃blemata. ⁊ quō de mirabilia diuersimode ad iuicē idētitatē h̃nt. Tria g̃ fac p̃hs in hac pte. qz p̃mo docet venari mediū i demfate p̃ ticulari. ⁊ ondit quō p̃blema. ⁊ quō ea q̃ sunt demfabilia diuersimode idētitatē h̃nt. ⁊ ex eo qd̃ dixerat accedit ad ondedū quō iueniēdū sit mediū i demfatione vñ. ⁊ ibi (Eadē aut̃ pposita) ⁊ ibi (De cā aut̃ cui⁹ ē cā) Propter p̃mū sciēdū q̃ vt p̃mo dicebat mediū in demfatione p̃ticulari est ipm̃ subm. s3 subm̃ aliqñ est vniocū aliqñ analogū. ⁊ vniocū est dupl̃. qz aliqñ ē nominatū. aliqñ innominatū. Tria ergo facit h̃z q̃ tripl̃ docet demfate p̃ticular̃. qz p̃mo docet hoc p̃ mediū vniocū nominatū. ⁊ p̃ mediū vniocū innominatū. ⁊ p̃ mediū analogū. ⁊ ibi (Nunc qd̃ igitur) ⁊ ibi. (Anip̃ ali⁹ modus) Circa p̃mū tria fac. qz p̃mo facit qd̃ dicitur est. ⁊ qd̃ dixerat declarat p̃ exemplus. ⁊ suum dicitur disponit per terminos. ⁊

ibi. (Ut si aialia sint) ⁊ ibi. (Sit at aial.) Dicit g̃ (vt hēa/ m⁹ at eligere ppositū) ad demfandum p̃ticular̃ q̃cunqz pro posita (o3 d̃cisiones ⁊ diuisiones) su. facere (⁊) o3 su. (sic aut̃ eligere subm̃ cōe genus oiu3) exitiū sub illo genere.

Notādū at̃ documētū datū i h̃ p̃tister. q̃ si volumus demfate tres p̃ticular̃ de ysochele. ⁊ de scalenone ⁊ de h̃z sp̃cieb⁹ trianguli debemus accipere cōe genus qd̃ ē sub icū istī passionis i quo cōi g̃ne sunt oia qbus vt̃ngit ista passio. vt si hāc passionē videmus cōpetere ysocheli siue eq̃cunri eq̃latero ⁊ scalenoni. debem⁹ videre qd̃ ē illd̃ cōe genus i quo ueniūt oia ista. ē at̃ illd̃ cōe triangulus. qd̃ est subz istī passionis. habito at̃ hoc cōi vt hito triāgulo siue hito h̃z subo. iā hēm⁹ mediū ad demfandum p̃ticular̃. h̃z at̃ mediū siue h̃z subz debem⁹ diuidere ⁊ ēt subdiuidere. ⁊ h̃ appellat ip̃e d̃cisiones ⁊ diuisiones facere. diuidēdo. n. triāgulū i suas p̃tes subiuas. ⁊ itez ēt illas p̃tes subiuas di uidem⁹ i alias p̃tes subiuas si sūt vlt̃erī diuisibiles. ⁊ tūc p̃ h̃ cōe subm̃ vt p̃ triāgulū demfābim⁹ h̃re tres p̃ticular̃ de q̃libet pte hui⁹ subiectiua. Deinde cum dicit.

Ut si aialia sint q̃ p̃siderāt: q̃lia oī aialī isint. Acceptis autē his reliquoz oium qualia inbe reant: vt si hec est auis qualia oium inbereant auī. ⁊ sic sp̃ p̃rimo. manifestū. n. est: qm̃ habe bimus iā dicere pp̃ qd̃ insunt iberētia bis que sunt sub cōi: vt pp̃ qd̃ hōi aut equo insunt.

Qd̃ dixerat declarat p̃ exēplū. d. (Ut si aialia sunt siue sint q̃ p̃siderant) i. q̃ p̃sideranda sunt vt de eis aliqua de mostrent̃ su. accipiēda sūt (qualia isint oī aiali) vtputa somnus ⁊ vigilia (acceptis aut̃ his reliquoz oī qualia in bereat) su. manifestū erit. q. d. q̃ acceptis his q̃ insunt oī aiali. tūc p̃ aial̃ manifestū erit q̃lia isint oī reliquoz su. cō/ tentoz sub aiali. vt si somnus ⁊ vigilia inest oī aiali. ma nifestū erit p̃ aial̃ q̃lia isint oibus religis q̃ sunt sub aiali. qz manifestū erit q̃ eis inest somnus ⁊ vigilia. Ad hoc aut̃ sciendum debēt accipi que de p̃rimo diuidunt aial̃ ⁊ po stea alia q̃ diuidūt h̃z diuidētia. vñ subdit. (vt si hec est auis) q̃ ē cōtēta sub aiali. ⁊ q̃ de p̃rio diuidit aial̃ su. mani festū erit (q̃lia iberētia oī auī). q. n. scit q̃lia insunt omni aiali scit q̃lia isint oī auī. ⁊ subdit (⁊ sic sp̃ insunt aiali p̃ p̃rimo). q. d. q̃ diuidēdo aial̃ p̃ p̃rima diuidētia. ⁊ illa p̃ alia p̃rima p̃ id̃ qd̃ fest oī aiali. manifestū erit q̃ semper aiali p̃rimo. i. ei. qd̃ de p̃rimo diuidit aial̃ isint: qz sic p̃o cedēdo semp̃ p̃ p̃rima deuidētia sp̃ p̃ cōe supius manife stū erit q̃lia isint i feriorib⁹. vñ subdit. q̃ (manifestū ē. n. qm̃ iā habebim⁹ d̃re ppter qd̃ inherētia sunt bis q̃ sunt sub cōi) vt puta. sub aiali. (vt ppter quid insunt talia in herentia hōi. aut equo) q̃ sunt sub aiali. Notādū autē q̃ si accipimus somnū ⁊ vigiliā q̃ isint omni aiali sciēdo q̃lia isint omni aiali. vt qz isint ei somnus ⁊ vigilia. scie mus q̃lia isint oib⁹ his q̃ sunt sub aiali. qz sciemus eis in eē somnū ⁊ vigiliā. diuidemus. n. aial̃ p̃ p̃rima deuidētia vt puta p̃ volatile ⁊ aquaticū ⁊ terrestre. ⁊ terrestre aial̃ p̃ p̃rima. vt puta per gressibile ⁊ reptile. ⁊ gressibile per p̃ri ma vtputa p̃ hōiez ⁊ equū. ⁊ sic faciēdo diuisiones ⁊ subdi uisiones. siue diuisiones ⁊ d̃cisiones. i. diuisiones magnas ⁊ paruas demfābimus p̃ticulariter p̃ hoc mediū aial̃: qd̃ ē cōe subm̃: hāc passionē. s. somnū ⁊ vigiliā icē oib⁹ religis i. oibus sub aiali cōtētis. Notādū ēt q̃ cōtēta sub aiali dicunt̃ reliqua. i. per diuisionē relicta. nam hoc mō fit talis demonstratio deuidēdo cōe subm̃. ⁊ p̃ h̃z cōe sub icetū de religis. i. de relictis ⁊ de habitis p̃ diuisionem de mōstrābimus h̃z passionē cōmunē. sicut ergo est demō stratio p̃ticularis omnis triangulus habet tres. ysoche

cap. 16.

les vel quilibet alia species trianguli est triangulus. & c. ita est de
 ratio particularis si dicat. oē aial somniet. equus hō vl q
 cunq. alia spēs aialis est aial. & c. ¶ Dubitaret forte ali
 quō aliqua sunt prima aiali. & quo que sunt aiali pūs
 insunt primo. ¶ Dōm. q. magis prima & magis remo
 ta in genere possunt accipi. vel fm ordinē rōnis. vel fz or
 dinem rei. fm ordinē rōnis quāto p̄tenta sub genere sunt
 magis vlia tanto magis de proximo diuidūt genus. vt si
 animal diuiditur p volatile & nō volatile tanq̄ per d̄rias
 magis vles. & si qōlibz hoz diuidat p d̄rias alias que nō
 erunt ita vles. d̄rie p̄me q̄ sunt magis vles magis de pri
 mo diuident aial q̄ d̄rie scōe que sunt magis p̄ricularcs.
 passio ergo inherens oī aiali dem̄tabit particulariter per
 aial. p̄lmo de p̄ximis diuidētibz. & postea de alijs. secun
 do modopōt accipi p̄ximū & remotum fm ordinem rei.
 fm quē modū d̄icimus formas esse sicut numeros. ita q̄
 sicut nunq̄ reperunt duo numeri diuersaz spēs equales
 fm vnitates. qz semper sunt plures vnitates in vno q̄ in
 alio. sic nunq̄ reperunt due spēs sub eodē ḡne eq̄les fm
 perfectā. qz semp p̄fectius reseruat nā generis i vna
 spē q̄ in alia. sic ḡ si vellem⁹ ordinate descēdere fm ordi
 nem rationis prius descēderemus a ḡne in magis cōia &
 postea in minus & passionē cōpetentē toti generi per ipm
 genus tanq̄ p mediū pūs. pbarem⁹ de magis cōibus: &
 postea de minus. sic si vellem⁹ descēdere fm ordinē rei
 prius descēderemus in spēm p̄fectiorē: & postea in minus
 perfectā. & sic deinceps. & passio cōpetens toti fm hūc or
 dinē prius pbaret de spē p̄fectiori. & postea de minus per
 fecta. & sic deinceps. ¶ Deinde cum dicit.

C Si aut aial in quo. a. b. aut inherētia oī aiali. in
 quib⁹ aut sunt. c. d. e. sint q̄dā aialia. manifestū
 igit est pp qd est. b. in. d. pp. a. eniz. s̄lr aut &
 in alijs. & semp in alijs deorsuz eadē rō est.

¶ Disponit suū dictū p terminos. d. (Si aut aial in quo. a.
 b. aut inherētia oī aiali) v̄puta somnus & vigilia (in q̄
 bus aut) su. sunt talia inherētia (sint. c. d. e. q̄dā aialia. ma
 nifestū est igit) su. p dem̄tationē particularē (ppter qd ē
 b). i. passio inherens (in. d.). i. in aliquo quod est sub aiali
 (ppter. a. eniz). i. ppter aial. nā in tali dem̄tatione parti
 culari ipm aial siue ipm subm erit mediū. & p ipm aial
 dem̄tabit passio de. d. i. de cōtento sub aiali. Et subdit q̄
 (s̄lr at & alijs). q. d. q̄ sic dem̄tatur est p aial. q. b. passio
 inest. d. i. p̄tēto sub aiali. v̄puta volatili. s̄lr ondet q̄ isit
 alijs p̄tentis sub aiali. vt q̄. insit. c. z. e. v̄puta aq̄tico & ter
 restri. & subdit q̄ (semp & in alijs deorsuz eadē rō ē) vt
 puta si diuideret aial volatile aq̄ticuz & terrestre p d̄rias
 magis deorsuz. i. magis iferiores eadē rō vtiqz eēt qz de
 oib⁹ talibus posset pbari hec passio. b. v̄puta. somn⁹ & vi
 gilia per hoc mediū qd est aial. ¶ Deinde cum dicit.

C Hic quidez igit fm ea q̄ sunt assignant cōia
 noia dicim⁹. o3 at nō solū noia p̄siderare. sed &
 si aliqd aliō accipiat eē cōe. accipiētes siue hoc
 aliquibus inhereat & q̄lia hec sequent vt cornua
 h̄ntia h̄re vētres nō vtrobiz eē d̄tes. Itē cor
 nua h̄re sequit q̄dā. Abanifestū eni est pp qd i
 illis qd d̄. ppter idē sunt qd cornua h̄nt.

¶ Docet dem̄tate p mediū vniocū inoiatum. d. q̄ (nūc
 qdem igit. fm ea q̄ assignant oia noia cōia dicimus). i.
 fm ea q̄ nunc dicim⁹. vel q̄ nūc dixim⁹ oia cōia subta q̄
 sic assignant sunt noia. i. sunt noia. & subdit. q̄. (opz aut
 non solum p̄siderare sup. cōia (noia) s̄z & si aliqd aliud
 accipiat cōe) su. inoiatus (accipientes). i. debemus acci

pere & p̄siderare (si aliquibus) su. talibus cōibus innoia
 tis (inhereat hec). i. aliq̄ passio. (z) su. debemus p̄sidera
 re (q̄lia) su. diuidētia. (vel q̄les) su. ptes subinc (sequan
 tur hec). i. talia cōia inoiata. & ponit exēplū. d. (vt cornua
 h̄ntia). i. hoc cōe inoiatū q̄ oē aial h̄nt cornua. su. h̄z has
 passiones. v3. (h̄re vētres duos. & nō h̄re d̄tes vtrobiz)
 .i. in vtraqz mādibula. h̄nt enim talia aialia dentes i ma
 xilla inferiori s̄z nō h̄nt d̄tes in maxilla superiorī. & subdit
 (itē cornua h̄re). i. hoc esse inoiatū qd est h̄nt cornua (se
 quunt). i. sunt sub eo. & sunt inferi⁹ ad ipm (q̄dā) partes
 subinc. v̄puta. ceruus. bos. & h̄z aialia q̄ habēt cornua. &
 subdit. q̄. (manifestū est. n. ppter qd illis erit qd d̄). v3.
 ppter qd talib⁹ aialib⁹. vt ceruo & boui & alijs s̄lib⁹ inest
 nō h̄re d̄tes vtrobiz. & h̄re duos vētres. (pp id. f. q̄ h̄nt
 cornua). i. pp cōe inoiatū qd ē h̄re cornua. ¶ Notādum
 q̄ oē qd nescim⁹ noiare vno noie. s̄z noiāmus ipm p cir
 cūlocutionē d̄ inoiatū. aial ḡ habens cornua est qdā
 cōe. & h̄z sub se multa iferiora. atq̄ istud cōe est inoiatus.
 qz nescim⁹ noiare vno noie qd ē tale sicut noiāmus oē
 volatile vno noie. v̄puta. si dicāmus ipm cōeque: & oē
 aquaticū forte noiāmus vno noie. v̄puta p̄fē. nō autē
 scim⁹ noiare vno noie oē aial cornutū. iō d̄icit tale cōe
 eē inoiatū. ¶ Notādū ē q̄ si aial cornutū est p̄xim⁹
 subm huius passionis. v3. dualitatis ventrū & carentie d̄
 tiū in mandibula superiori. demōstrabit p̄culr p̄ hoc
 cōe subm qd est aial cornutū q̄libz p̄dictaz passionū de
 quolibet p̄tento sub tali cōi subiecto. sicut ḡ in cōib⁹ noia
 tis si q̄reret pp qd yfocheles habz tres: r̄ndet qz ē triāgu
 lus. nam yfocheles habet tres per triāgulum. triangulus
 aut nō p̄aliud subm. sic se habz ēt in cōibus non noiatis.
 vt si aial cornutū ē p̄xim⁹ subz p̄dictaz passionū. v3. dua
 litatis ventrū & carentie dentū oibus alijs inerit p ipz. cer
 uis ḡ & bos & alia q̄ s̄nt sub h̄ cōi aiali inoiato. v3. sub aia
 li cornuto h̄ebunt p̄dictas passiones pp id qd h̄nt cornua
 .i. ppter id qd sunt aial cornutū. ¶ Notādū aut q̄ sequi
 vel assequi vnū aliud pōt intelligi duplr. vel fm p̄nam. &
 z sic supiora sequuntur ad iferiora. vt aial sequit ad hozz.
 qz valet. h̄o ergo aial nō ecōuerso. & hoc mō seg nō eēt
 posterius sed eē pūs iuxta illā d̄ffōnez datā in libro p̄
 dicamentoz q̄ illud est pūs a quo nō conuertit p̄tia. alio
 mō pōt accipi seg fm posterioritate. vt idē seg qd esse
 posterius. & sic iferiora sequuntur supiora. qz s̄nt postero
 ra illis. s̄ra ḡ supius habita q̄ debem⁹ eē accipiētes q̄tia
 hec sequunt pōt exponi duplr. debem⁹. n. accipe q̄tia. i. q̄
 les partes subiectiue sequat hec. i. cōia inoiata. & tūc q̄lia
 erit castus noiatiui. & accipiet seg put idē est qd eē poste
 rius. alio mō pōt exponi q̄ debemus accipe q̄tia. i. q̄les
 ptes subiectiuas hec cōia inoiata sequunt. & tūc ly hec
 erit castus noiatiui: & accipiet s̄bi seg p p̄sequi fm p̄nam
 p̄out superiora sequuntur ad iferiora. vtrobiz tñ semper
 erit idēz sensus. v3. q̄ debemus accipere si aliquibus cōib⁹
 innominatis inhereat. hec. i. aliqua passio & postea debe
 mus videre quales. i. quas partes subiectiuas habent illa
 cōmunia inoiata. qz his v̄sitis poterimus illam passionē
 demonstrare particulariter per h̄z cōia inoiata de illis
 partib⁹ subiectiuis. ¶ Dubitaret forte alijs. quō habens
 cornua sit per se subiectū istaz passionum. v3. dualitatis
 ventrum & carentie dentū in supiori mandibula. d̄icim⁹
 dum q̄ in nālibus aliqua sequuntur ex fine: aliqua q̄st ex
 additione materie. dicimus. n. q̄ nā est sagacissima. & d̄ci
 mus q̄ nā sapienter agit. & nō est itelligēdū q̄ ipsa nā cor
 gnoscat. s̄z oia ista referēda sunt ad artē diuinā ex qua s̄nt
 oia nālia ordinata. vnde & cōmē. in. i. z. metaphi. vult q̄
 nā nō agit nisi rememorata ex superioribus causis q̄ d̄nt
 intelligentie. & oia ista vt ibidem dicit pueniunt ex vna

arte principalis que est ipsius dei. debemus ergo imaginari nam
 tota ordinatissime a esse. et in omnibus suis actionibus quantum possi-
 bile est ordinatissime se habere aialia ergo habetia cornua non
 habet dentes quasi propter conditionem matris. nam nutrimentum quod os
 habet in dentes vadit in cornua. vnde demonstratio matris vel
 defectum matris assignabimus. et deficit enim mater et nutrimentum
 dentium propter matris et nutrimentum cornuum. et ideo est quod dentes non
 deficiunt in vtraque maxilla: sed in superiori ex qua parte sunt cor-
 nua. deficiunt enim talibus aialibus dentes in superiori maxilla
 la. p. 3. quod aialia cornuta sequitur hec passio. v. careria de-
 titium cuius passionis persecutio reducit quasi in carnem male. alia
 autem passio. v. dualitas ventrum reducit in casum finale: ut quod
 talia aialia propter careriam aliquid et defectum dentium non possunt bene
 sterere cibum igitur nati non habent duos ventres: vnu
 ad molliciam cibum non stritum et masticatum: et alium ad di-
 gerendum. oia enim talia aialia ruminant. nam propter incompletem masti-
 cant cibum quem incompletem masticatum percipiunt in ventre molli-
 catum. postea iterum habet cibum incompletem masticatum: et in ventre
 molliciatum percipit redit ad os et ibi iterum masticat. B
 n. e. ruminare cibum incompletem masticatum iterum masticare.
 facit enim habet aialia cum ruminat: et cum genu posterioris cru-
 ris comprimit sibi ventres molliciatum. ex quo compressio ci-
 bus ibi ex parte incompletem masticatum redit ad os ubi complete
 postea masticat: et ibi complete masticatum mittit in ventre
 alium. v. in digestivum qui dicitur stomachus. dualitas ergo ventrum
 competit talibus aialibus propter hunc finem ut melius possint di-
 gerere cibum. (Deinde cum dicit.

Amplius alius modus est secundum analogum eligere. vnu enim n. accipe non est idem quod vocare sepionem
 et spinam et os. sunt autem que sequuntur et hec tanquam
 vna natura huiusmodi existente.

Docet demonstrare per medium analogum. d. q. (Amplius
 alius modus eligere) sicut medium (secundum analogum). i. s. ana-
 logiam: et subdit quod (vnu enim et idem) sicut secundum genus vel s. s. p. s.
 (non est accipe quod os vocare sepionem et spinam et os) hec enim
 tria. v. sepionem quod est quidam nervus ad sustinendum mollicies
 carnis. cuiusmodi nervum habet vermes: et spinam quam habent
 pilces: et os sive ossa que habent aialia alia dicuntur s. analo-
 giam respectu harum passionum que sunt vestiri carnis: et susti-
 nere mollicies carnis. non enim s. s. idem est generis nec speciei
 competunt ista his tribus. ideo dicuntur talia in hoc non esse ideo
 nec generis nec speciei: sed s. analogias. sustinere enim molliciem
 carnis propter competit ossi: deinde spine. et ultimo sepioni: et sub-
 dit quod (sunt que consequuntur hec). i. sunt alique passiones
 que consequuntur ista tria (tanquam vna nam existere huius). i.
 secundum quandam analogiam quedam enim passiones: v. puta vestiri
 carnis: et sustinere molliciem carnis sequuntur ista tria
 propter vnam naturam. i. propter vnum aliquid: ut pro-
 pter duricies que existit in eis huius. i. s. analogiam. molle enim
 non sustinet nisi per durum. duricies enim reperitur in omnibus his
 tribus. sed analogice: quod primo reperitur in osse. deinde in spi-
 na. et ultimo in sepione. (Deinde cum dicit.

**Eadem autem proposita sunt que quidem idem medium
 habent amplius: ut quoniam oia contrarij status**

Determinat quomodo diversimode aliquid proplemata proposita vel
 aliquid proplemata demonstrabilia habent ad invicem idem et vnitatem
 et idem duo facit s. q. dupl. ostendit quod hoc possit contingere. nam pro-
 ostendit hoc quod habet idem medium. nam illa dicunt eadem talia que
 habent idem medium. et ostendit talia esse eadem. non quod habeat idem
 medium oino: sed quod habet medium sub medio. ibi (Alia autem
 ex eo). Circa primum duo facit: quod primo ostendit quomodo talia habent idem
 tates propter idem et medium. et declaratur quomodo ipsa idem et me-
 dy possunt habere diversitatem. ibi (Porum autem quedam.)

Dicit ergo quod (eadem autem proposita sunt). i. proplemata proposita sunt
 eadem que quidem idem habent medium. et subdit quod (amplius) sicut. ideo
 habet medium (ut quoniam oia sunt contrarij status). q. d. q. illa sunt eadem
 proplemata que idem habent medium: et proplemata proposita de osse
 spina et sepione sunt eadem: quod sunt illa que idem habent medium: ut
 oia habent hoc medium com: quoniam sunt contrarij status. (Notandum
 autem quod ut diximus mollicies carnis non sustinet nisi per durici-
 am. v. duriciam. oia ergo predicta tria sunt contrarij status. i. duriciam ha-
 bent statum ad mollicies carnis: quod oia predicta tria habent quodam
 duritiam. vermis enim non est totus caro: s. habet in se quandam
 nervum extensum per totum quod dicitur sepionem ad sustinendum molli-
 ties carnis. habet ergo ille nervus sive ille sepionem in se quandam
 duritiam. sicut et spina et os in tali duritie conveniunt. proplema-
 ta ergo de omnibus his tribus sunt aliquo modo eadem. quod quodam
 modo habent idem commune medium. (Deinde cum dicit

**Porum autem quedam genere sunt eadem que contrarij sunt differetias ex quo aliorum autem alij sunt: ut propter quod
 echo: aut propter quod apparet: et propter quod yris. oia enim
 hec idem proposita sunt genere. oia enim repulsio sunt: sed specie altera.**

Ostendit quod habet proplemata que sunt eadem propter identitatem medij
 in ipsa identitate medij habent quandam diversitatem. quod non habent
 idem simpliciter ut idem medium specie. s. idem generis. vel idem analogia.
 idem autem quod (habet autem). i. de numero horum proplematum que sunt
 eadem (quodam sunt eadem que contrarij sunt differetias ex quo). i. ex quibus
 differetibus. (alij autem sunt aliorum). i. propter quod contrarij sunt habet media
 eadem s. diversa diversimode se habent. et ponit exemplum (ut
 propter quod echo) sicut. fit (autem propter quod appetit idolum) in speculo (et
 propter quod yris) sicut. appetit in nubibus (oia enim hec sunt idem proposita
 sunt) vel proplemata ut habet alia translatione (generis oia enim sunt
